



Universitätsbibliothek Paderborn

**Manvale Parochorvm, Sive Institvtones & Praxes Tum
Vitæ, tum Officii Pastoralis**

Musart, Charles

Monachii, 1654

VII. An exhumanda Hæreticorum corpora, cùm locus sacer à Catholicis
recuperatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

crimen, vel factum, ob quod Canones negant sepulturam, referes ad Episcopum; cum haec res sit grauis.

Aduerte autem, eum, qui est sepultus, cum per Canones non posset, exhumandum esse, nisi maiora mala timeantur: de qua re consulendus Episcopus, praesertim circa cadavera Hæreticorum; de quibus numero sequenti. Interim hic obiter monendus es. 1. ne ignotos sepelias, priusquam probabilia indicia habeas vixisse Catholicos. 2. si quisunque mactatus iaceat, ne prius terræ mandes, quam Magistratus de factâ cæde fuerit conscientius; id enim postulat Ordo, & Ratio Iuris.

N V M: VII.

*Quid igitur agendum cum Hæreticis
sepultis?*

PECULIARIS est haec difficultas in his locis, & similibus, ubi promiscuè Hæretici cum Catholicis vi-

L S uere

uerē permittuntur , quando præser-
tim Hæretici sunt potentes : frequen-
ter enim accidit , vt templa fuerint
Hæreticorum , & deinde à Catholicis
recuperentur ; interim verò Princi-
pes Catholicī , siue Ecclesiastici , siue
Sæculares , multa contra Ecclesiasticas
constitutiones iis permittant , ad vi-
tandum maius Ecclesiæ , & Religionis
malum : imò aliquando usurpare ve-
lint Hæretici sepulturam loco sacro ,
vbi Catholicus est Parochus . In hâc
perplexitate quid agere debeas , mi-
Neo-Paroche , si me consulas , nescio ,
quid consulam : Variæ enim circum-
stantiæ expendendæ , ex loco , tempo-
re , personis , & discrimine maioris ma-
li . Hoc monere te possum : vide , quid
tuo loco consuetum sit . Inquire , si
dubitas , quæ mens sit Episcopi ; & ita
age , vt neque sis contra sacros Cano-
nes facilior , neque contra bonum
publicum difficilior .

CA-